



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

B. Iacobus Alemannus Conf. 11. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

640 VITÆ SANCTORUM. II. Octob.  
B. IACOBUS ALEMANNUS CONF.  
II. Octobris.

Felix, (si quidem norit hodie bona sua) Ulma Suevorum Jacobum nostrum peperit, & probè educatum Romanum ad DD. Apostolorum limina supplicem misit. Romam Neapolim hic abiit, ab Alfonso rege militiae adscriptus, nullum hostem quam prædam fugit. Quare illa demum castra placuere, qui non aliena raperent, sed suis se spoliarent: id quod ipse etiam fecit, cum Bononiae ad D. Dominici signa transiit. Hic ille boni militis partes omnes implere, primus semper ad ducis nutum, portarum animi, oculorum inquam, vigilans custos, flammas hostiles casto animo injectas suffocare illico doctus, sanguinis recordatione à Christo fusi. Iam arma (preces) numquam posuit, primo mane omnes Divorum aras veluti stationes militares obiens & semper à castorum acie Virgine auspicium sumens. Quid jam mirum, si miles noster dæmones fustibus pugnantes risit, præsertim quando cum pugnante, Angeli visi pugnare? si Cyclopei in infernum sibi infestum cruce prostravit, & eadem corvorum Stygiorum agmen fugavit? Quid? quod & insidias structas Reipublicæ ab orco detexit. Ad D. enim Antonii tumulum cum letantes dæmones spectasset, & trium-

phum

12. Octob. VITÆ SANCTORUM. 641  
phum adornantes ob futuram altero die  
inter cives cædem, medius preces suas  
interposuit, & civibus pacem, orco pro  
triumpho luctum peperit. Fuit cum ad  
hortos Elysios avolans ea oculorum spe-  
ctacula habuit auriumque illecebras, ut  
irasceretur illis, qui eum avocarunt. Ne  
igitur quisquam molestiam revocando  
faceret, morte illuc non redditurus abiit.

Ex Surio. —

*Quisquis es; qui divini luminis illustra-  
ris splendore, sentisque ad contemptum  
mundi provehi, à Domino præstitum nati-  
tibi spernere donum, noli obscurdescere ape-  
rire pulsanti. Surge ocyus, & te volentieri-  
gero manum porridge. S. Laur. Iust. de  
Cont. mund. cap. 19.*

S. MAXIMILIANUS EP. M.

12. Octobris.

**M**A X I M I L I A N U M , quo cive Pan-  
nonia, Austria patrono gloriatur,  
parentes nobiles Celeiæ genuerunt, la-  
tarunt Gratiæ, Musæ eduxerunt. Talis,  
inquam, MAXIMILIANUS dignus cælo  
visus est, quem in suas partes pertraheret;  
& verò facile ille obsecundans me-  
liora suadenti, hereditate suâ (quæ opu-  
lenta ei erat) ultrò egenis cessit, divitem  
se ratus, si centuplo amplius liceret spe-  
rare. Jam honoris etiam umbram cum  
fugeret, insecura tamen hæc virtutem

S f

Lau-